

Gospel for Maundy Thursday

Tonus antíquior

D Ominus vobíscum. R. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti


Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. R. Glóri-a tibi Dómine.

A -nte di-em festum Paschæ, sci-ens Jesus qui-a venit hora ejus,

ut tránse-at ex hoc mundo ad Patrem, cum di-lexísset su-os, qui erant in
mundo, in finem di-léxit e-os. Et cena facta, cum di-ábolus jam mi-sísset

in cor, ut tráderet e-um Judas Simónis Iscari-ótæ, sci-ens qui-a ómni-a
dedit e-i Pater in manus, et qui-a a De-o exívit, et ad De-um vadit, surgit


a cena, et ponit vestiménta su-a, et cum accepísset línte-um, præcínxit
se. De-índe mittit aquam in pelvim, et cœpit laváre pedes discipulórum, et




extérgere línte-o quo erat præcínctus. Venit ergo ad Simónem Petrum. Et



di-cit e-i Petrus: « Dómine, tu mihi lavas pedes? » Respóndit Jesus et dixit




e-i: « Quod ego fáci-o, tu nescis modo, sci-es autem póste-a ». Di-cit e-i




Petrus: « Non lavábis mihi pedes in ætérnum ». Respóndit e-i Jesus: « Si




non lávero te, non habébis partem mecum ». Di-cit e-i Simon Petrus: « Dó-




mine, non tantum pedes me-os, sed et manus, et caput ». Di-cit e-i Jesus:



« Qui lotus est, non índiget ni-si ut pedes lavet, sed est mundus to-tus.



Et vos mundi estis, sed non omnes ». Sci-ébat enim quisnam esset qui



tráderet e-um; proptére-a dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo

lavit pedes e-órum, et accépit vestiménta su-a, cum recubu-ísset í-terum,
dixit e-is: « Sci-tis quid fécerim vobis? Vos vocá-tis me Magíster et Dómi-
ne, et bene dí-ci-tis; sum étenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dóminus
et Magíster: et vos debé-tis alter altéri-us laváre pedes. Exémplum enim
dedi vobis, ut, quemádmodum ego feci vobis, i-ta et vos faci-á-tis ». ||